



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput I. Episcopi grattis tum Ordines conferant, tum dimissorias, & testimoniales dent, pro quibus eorum Ministri nihil prorsus, Notarii, quod in decreto præfinitum est, accipient.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI Perlectis hisce capitibus, atque Cano-
A.C. 1562. nibus, Patres progre diebantur ad
 Reformationis Decretum in novem ca-
 pita divisum: prius tamen Synodus
 præfationis instar hæc præmittit: „Ea-
 „dem Sacrosancta, Oecumenica, & ge-
 „neralis Tridentina Synodus in Spi-
 „„ritu Sancto legitime congregata, præ-
 „sidentibus in ea eisdem Apostolicæ
 „„Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis
 „laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamen-
 „tum ea, quæ sequuntur, de reformatio-
 „nis negotio in præsenti statuenda esse
 „censuit. „

CAPUT I.

*Episcopi gratis tum ordines conferant,
 tum dimissorias, & testimoniales dent, pro
 quibus eorum Ministri nihil prorsus, No-
 tarii, quod in decreto præfinitum
 est, accipient.*

„Quoniam ab Ecclesiastico Ordine o-
 „mnis avaritiæ suspicio abesse de-
 „bet, nihil pro collatione quorumcum-
 „que Ordinum, etiam clericalis tonsu-
 „ræ, nec pro literis dimissoriis, aut testi-
 „monialibus, nec pro sigillo, nec alia
 „quacunque de caufsa, etiam sponte ob-
 „latum Episcopi, & alii Ordinum Col-
 „latores, aut eorum Ministri, quovis
 „prætextu accipient: Notarii vero in
 „his tantum locis, in quibus non viget
 „lauda-

„laudabilis consuetudo, nihil accipien- Sæcul. XVI.
„di, pro singulis literis dimissoriis, aut A.C. 1562.
„testimonialibus, decimam tantum u-
„nius aurei partem accipere possint,
„dummodo eis nullum salarium sit con-
„stitutum pro officio exercendo: nec
„Episcopis ex Notarii commodis ali-
„quod emolumentum ex eisdem Ordi-
„num collationibus directe, vel indire-
„cte provenire possit: tunc enim gra-
„tis operam suam eos præstare, o-
„mnino teneri, decernit: contrarias ta-
„xas, ac statuta, & consuetudines, e-
„tiam immemorabiles, quorumcunque
„locorum (quæ potius abusus, & cor-
„ruptelæ simoniacæ pravitati faventes,
„nuncupari possunt,) penitus cassando
„& interdicendo, & qui secus fecerint,
„tam dantes, quam accipientes, ultra
„divinam ultionem pœnas a jure infli-
„ctas ipso factò incurvant.

CAPUT II.

*Arcentur a sacris Ordinibus, qui non ha-
bent, unde vivere possint.*

„Cum non deceat eos, qui divino Mi-
„nisterio adscripti sunt, cum Ordini-
„nis dedecore mendicare, aut sordi-
„dum aliquem questum exercere, com-
„pertumque sit, complures plerisque in
„locis ad sacros Ordines nullo fere de-
„lectu admitti, qui variis artibus, ac fal-
„aciis